Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

ci

AGrippa Colonia: Que ad sinistrum Rhe-
ni latus sita est / loco et situ et flumi-
ne clarus et populo / Quam alij scribunt Agrip-
pina dictam que nunc Colonia dicitur / Ea in-
ferioris germanie urbium urbs ad ulterioris
Rheni ripas sita / Temporibus Enee Troiani
a quodam Troiano Colono nomine (ut Sicar-
dus Cremonensis habet) initium sumpsit / sed
postmodum Claudij imperatoris iussu qui
Agrippine maritus fuit Et Ubiorum populis
a Sicambris fugatis instaurata extitit / Et ab
Agrippina uxore ex eorum progenie ducta ap-
xvij pellata / Qua urbem sic condita ubi popu-
li habitare ceperunt / Veriores tamen historie
omnes asserunt / quod M. Agrippa Colonie il-
lius auctor fuit / Qui licet multa domi
multa foris preclara construxerit / Illam ta-
men ex omnibus dignam censuit / Cui suum
nomen imponeret / Edificator ac bellator
egregius dignissimus habitus Quem augustus sibi
Generum ex toto orbe deligeret / non qualis-
cunque filie: sed dilecte: sed unice: sed Auguste
Is urbem in emulacionem Treveris opulentis-
simam ordinavit / ut sediciones gallie compri-
mere posset / Hildericus autem Rex francorum
longe postea ex Agrippina fautores Egidij
romani eicit: francos imposuit Ex francorum
incolatu Coloniam appellavit / Quamque

nonnulli Coloniam romanorum esse dixerunt / Que
civitas cum romanorum socia esset, fatali igne con-
sumpta est / in qua Capitolium et edificia et
ritus Romanorum instar fuere, et adhuc non-
nulla extant / habet enim capitolium ad Effigie
Romanum / nisi quod pro senatu illic pacis et bel-
li consilia agitante: hic famosi iuvenes ac
puelle nocturnas laudes deo concinunt eterna
concordia / Ibi rotarum et armorum strepitus ac ge-
mitus captivorum: hic quies et gaudium ac io-
cantium voces / denique illic bellum: illuc pa-
cificus triumphator ingreditur / Videtur ibi tem-
plum urbe media pulcherrimum quamvis in-
expletum quod haud immerito summum vocat
Magorum ibi regum corpora ab ortu usque ad oc-
casum tribus saltibus transvecta / Quos ad
ethereum quondam regem ad presepia vagien-
tem cum muneribus veneratos legimus / Hec
libera ac insignis urbs metropolis est / Cuius
Archiepiscopus romanum eligit Imperatorem / In
ea multi sciencia et sanctitate claruere
viri / quorum de numero Severinus ipsius
urbis episcopus / Et albertus magnus Cuius cor-
pus apud predicatores observatur / Ibi 50 ex
Thebeorum legione cursum sui agonis com-
pleverunt / Ursula quoque cum undecim virginum
milibus / et alij nonnulli in ea martirium pro-
meruerunt / Mirum autem est quanta ibi ci-
vilitas / que urbis spes / que virorum ingenuitas

Cölen